

libero arbitrio dell'uomo, come temeva Cicerone, il quale pertanto la negò,

arguendo che se Dio è prescio delle cose future, esse avverranno nell'ordine prestabilito, attraverso una determinata serie di cause efficienti, e cioè fatalmente, talché l'uomo non può farvi nulla.

Ora, a concedere questo, si sconvolge tutta quanta la vita umana.

È questo un nodo difficile, che non si può sciogliere a modo degli Egiziani, i quali affermarono il fato essere mutabile.

Seneca ne fu spaventato e presto rinunciò di cercarne la soluzione,

ed inverso il problema è tutt'ora indeciso.

Prima di accingersi, spiegherà che cosa sia il fato.

Secondo Cicerone, è desso un'ordinata

cludi, quod Deum asseramus prescium futurorum, sicuti veritus est Cicero, qui, ut eleganter ait Augustinus, dum nos vult facere liberos, facit sacrilegos⁽¹⁾. negat enim ideo Cicero prescientiam Dei, ne cum illa libertas arbitrii^(a) convellatur in hominibus⁽²⁾. atque hoc ea ratione videtur elicere, quoniam, si Deus futura cuncta providit, hoc ordine venient quo provisa sunt. certus est itaque rerum ordo sue prescientie, certus igitur et causarum. nichil enim fieri potest quod non antegressa sit causa, que dicitur efficiens. sed si certus est ordo causarum, fato^(b), id est certa serie, fient omnia, et ita nichil in hominum potestate relinquitur. quod si conceditur, omnis humana vita subvertatur necesse est. ad quid enim leges, ad quid pene, ad quid premia constituta? porro nexum hunc quam facile solverent illi Egypitii, qui feruntur affirmare rerum ordinem precibus ad Deum fuis posse mutari, tanquam non sit (in) se^(c) Deus immutabilis, quodque minus sane dicitur⁽³⁾. opus est ut alia puppe legamus hoc pelagus non plane tutum nec facile, sed tale ut Seneca, mox ubi attingit, remearit ad litus. nam scribens ad Lucilium, ita obicit: «quid michi prodest philosophia, si fatum^(d) est?». subicit deinde: «sed non est nunc in hanc disputacionem transeundum». quo ergo duce profunditatem hanc tuti pertransibimus, que Ciceronem involvit, que precipitavit Egypitios, que Senecam exterruit? de qua non absurde dicitur quod est apud Flaccum, quoniam «adhuc sub iudice lis est»⁽⁵⁾. ingens procul dubio discrimen. utcunque tamen futurum sit, tentabimus, Deo auspice, transmeare; sed si prius explicuerimus quid fatum sit, cuique illi sacri preceptores, quos nominavi, tantopere repudient. fatum plane tripartito variatur. ut enim Ciceroni videtur, fatum est «ordo

(a) *M* libertas del arbitrii
(d) *M* factum

(b) *M* facto

(c) *M* non sic se *M*² non sit Deus

(1) Cf. s. AUGUST. *De civitate Dei*, V, ix.

(2) Cf. CIC. *De divinatl.* I, iv, 125; e vedasi anche *De fato*, XIII-XVI.

(3) Cf. s. THOMAE, op. cit., I, quaest. CXVI, art. 3: «Alii vero e contrario posuerunt, fatum esse mobile, etiam secundum quod a divina providentia dependet: unde Aegyptii dicebant,

«quibusdam sacrificiis fatum posse mutari, ut Gregorius Nyssenus dicit [lib. de Nat. Hom. cap. 36, cuius tamen lib. Nemes. auctor creditur], sed hoc supra exclusum est [q. 3 art. 8], quia immobilitati divinae providentiae repugnat».

(4) SEN. *Ep. ad Luc.* XVI, 4-5.

(5) HOR. *Epist.* II, ii, 78.